

ritas, ut pleniorem in Dei nomine habeat vigorem et pro futuro tempore inconvulsam obtineat firmitatem, manu nostra propria subter firmavimus et anuli nostri impressione assignari jussimus.

+ Signum Lotharii piissimi augusti

Datum VIII idus maii, anno, Christo propicio, imperii domni Lotharii, gloriosissimi augusti, decimo octavo, in dictione II.

Actum Papie, in palatio regio, in Dei nomine, feli-citer. Amen.

**55. – 840, 23 febbraio. Pactum Lotharii.**

FONTI: Arch. Stato, Venezia, *Liber Blancus*, c. 1; cod. Trevisaneo, c. 39, n. 27. cod. marc. lat. XIV, 74, c. 71; 75, c. 2 v; 77, c. 37 v.

EDIZ.: Mon. Germ. Hist., *Legum sect. II.*, *Capitularia Francorum*, II, 129 sgg.; CESSI, *Pacta Veneta*, I, *Pactum Lotharii*, in «Arch. Ve-neto», s. V, vol. III, p. 180 sgg.

Per la composizione cfr. CESSI, *Pacta cit.*, p. 142 sgg.; BESTA, *La genesi del cosi detto patto venetico di Lotario I*, in «Studi in me-moria di Aldo Albertoni», III, 593 sgg.

In nomine domini nostri Jesu Christi dei eterni, anno incarnationis domini octigentesimo quadragesimo, Lo-tharius, divina ordinante providentia imperator augustus, anno imperii eius vigesimo, indict. III, octavo kal. marci, Papie civitatis palacio. Hoc pactum, suggestore ac sup-plicante Petro, gloriosissimo duce Veneticorum, inter Veneticos et vicinos eorum constituit ac describere iussit, ut ex utraque parte de observandis hiis constitutionibus sacramenta dentur et postea per observationem harum constitutionum *pax firma* inter illos perseveret. Vicini vero Veneticorum sunt, ad quos huius pacti ratio pertinet: Histrienses, Foroiulienses, Cenenses, Tarvisanenses, Vincentinenses, Montessilicenses, Gavelenses, Co-maclenses, Ravennenses, Cesentenses, Ariminenses, Pisauenses, Fanenses, Senegallenses, Anchonenses, Humanenses, Firmenses, Quinenses, quibus locis presenti tem-pore constituti sunt vel in futuro constituti fuerint, maiores et minores, quos constituit ipse imperator, ut cum Petro,